sensus est. qđ est viuũ vel fuit viuũ est moriuum. Et hoc ẽ verũ. qz adã ẽ vel fuit viu⁹ ⁊ ipe ẽ moriuus. Tertio sequit̃ q ista ẽ vera. moritur ẽ moriuum. qz ẽ sensus. qđ est vel fuit moritur ẽ moriuum. ⁊ hoc est verũ. qz adã est vel fuit moritur⁹ ⁊ tñ est moriu⁹. ¶Quarto sequit̃ q hec est cõcedẽda hõ est moriu⁹. Et si argueretur sic. cõtra hoc correlariũ. pbãdo ipm esse falsum. ⁊ hoc sic. null⁹ hõ qui est est moriuus. sed oĩs hõ est hõ qui est. ergo nullus hõ est moriuus. ꝓntia ꝑz in Celarẽt. ⁊ p̃ misse sunt vere: ergo conclusio est vera que contradicit isti. hõ est moriuus. ¶Ad hoc rñdetur negando ꝓñam. qz maior: extremitas nõ ãpliatur in minore ꝫ ampliat̃ in conclusione. ⁊ sic ibi arguitur a minus ãplo ad magis amplũ cũ distributione magis ampli. ¶Quarta regula est q termin⁹ posit⁹ in. ꝑpõne respectu huius verbi põt ampliar̃ ad supponendũ. p his qui sunt vel põt esse. Et hac regula ꝑz ꝓio q hec est cõcedẽda. albũ põt esse nigrũ. qz sensus est. qđ est vel põt esse albũ põt esse nigrũ. Secũdo sequit̃ q hec est impossibilis. oẽ currẽs põt esse homo. qz sensus est omne qđ est vel põt esse currẽs põt esse hõ. ⁊ hoc est impossibile. qz asinus est vel põt esse currẽs ⁊ tñ asinũ esse hoĩem est impossibile. Et isto ꝑz q hec ꝓntia nõ valet. oẽ currẽs est hõ. ergo oẽ currens põt esse homo. qz añs est possibile ⁊ verum in aliquo casu vbi tñ hõ currit. ⁊ ꝓns est falsa ipossibile. ¶Pz etiã. qz arguẽdo ab esse ad posse nõ valet ꝓntia cũ distributiõe. qz arguit̃ a minus ãplo ad magis amplũ cũ distributione magis ampli. qđ est virtualr arguere ab iferiori ad suꝑius cũ distributiõe suꝑioris. ¶Quinta regula ẽ q isti modi necessarii. contingẽs. ⁊ impossibile ampliãt termios ꝓcedẽtes ad supponẽdũ. p eo qđ est vel põt esse. pbat̃. qz nisi ꝓdicti modi ãplia rent termios ꝓcedẽtes seq̃ret̃ q due cõtradictorie possent simul esse false. ¶Ins est cõtra primum principiũ. Et pbat̃ ꝓntia. qz ponat̃ casus q de facto de⁹ nõ crearet. tũc illa esset falsa. creãs non põt esse deus. ⁊ sikr. oẽ creãs de necessitate est deus. cũ de facto p casum nullũ sit creãs. ⁊ ille sunt ꝓtradictorie. qz ille sunt de scõo ⁊ quarto ordie.

Sexta regula ẽ q q̃cũq; copula de ꝑsenti addit̃ noi verbali termiato ĩ bile vel riuũ subiectũ ampliat̃. Et ñr̃ termin⁹ rect⁹ a verbo significãte actũ aie interioꝛ ẽ impoꝛtãs rẽ ĩ qua denotatur trãsire act⁹ illius verbi ãpliatur ad supponẽdũ p illo qđ est vel fuit vel erit. Et ratio quare talia ampliãt est ista. qz act⁹ aie interiores ⁊ marie intellect⁹ voluntat; ferũtur vel põt ferri tã ĩ ꝓntia q̃ in futura q̃ in preterita ⁊ imaginabilia.

Sciendũ est tertio q circa predicta mouetur vnũ dubiũ. scz q̃ sunt dictiões q̃ habẽt de se viz ampliãdi. ¶Pro solutõe ponitur talis regula. q terminus supponẽs respectu huⁱ⁹ verbi põt ãpliatur ad supponẽdus p eo qđ est vel põt esse sub forma terminⁱ supponẽtis. vt in hac ꝓpõne. albũ põt esse nigrũ: ibi albũ ampliatur p eo qđ est vel põt esse sub forma termini supponẽtis. illa em̃ ꝑpõ significat q illud qđ est vel põt esse albũ põt esse nigrũ. Et quo sequit̃ q hec ꝑpõ est falsa. omne albũ põt esse asin⁹. sensus enĩz est oĩe qđ est vel põt esse albũ põt esse asinus. ⁊ hoc est falsum. qz plato põt esse albus ⁊ tñ nõ põt esse asinus. to ꝓntia nõ valet. omne album est asinus. ergo omne album põt esse asinus. sicut prius patuit. quia añs est possibile ⁊ tamen consequẽs est impossibile. Et quo vlterius patz q arguendo ab esse ad posse cum distributione non valet consequẽtia eo q arguitur a minus ampls ad magis amplũ cũ distributione magis ampli ⁊ illa ꝓntia nõ valet. valeret tñ si nõ distribueretur. vt hic est bona ꝓntia. homo est albus. ergo homo põt esse albus. Et sicut dictũ est de possibili ita dicẽdus est de contingẽti suo modo. quia iste sunt concedẽde. albũ contingit esse nigrum: cecum contingit esse videtem. Et ideo simliter diceretur de participijs ⁊ nois desicẽdẽtibus ab eis. Simliter verba que sic se habẽt q habẽt naturam trãseundi sup rem futurã aut presentẽ vel nõ ꝓntez habẽt virtutẽ ampliãdi. vt sunt ista intelligo. imagino:. opio:. ⁊ sic de alijs. ⁊ ista nõ ampliant quẽlibet terminũ sz illũ quẽ regũt. Et si quis querat quomodo sunt exponende. ꝑpõnes in quibus fit ampliatio p hanc dictionẽ potest aut aliquã aliã sibi simile. Ad hoc respõdetur q̃ debent exponi per ꝑpõnes categoricas de disiuncto extremo. vt ista. homo põt currere. sic exponitur quod est vel põt esse homo põt currere.

Sed cõtra predicta arguit̃ ꝓio sic: Conuertẽs sophismatis elvera. ergo sophisma est verum. antecedẽs ꝑz. q̃ hec est conuertens sophismatis. verum põt esse impossibile. Secundo arguitur sic. possibile põt esse falsum. ergo impossibile põt esse verum. consequẽtia ex p locum a contrarijs. Tertio arguitur sic. possibile ampliat quo ad tẽpus sicut quo ad supposita. ⁊ similiter necessariũz quo ad suppositã sicut quo ad tẽpus. ergo male explicatur de possibili

in ꝓ̃a regula ⁊ de necessario i secũda. Quarto arguit̃ sic. necessariũ nõ cõuenit nõ entib⁹. gꝫ nõ hz virtutẽ ampliãdi. tenet ꝓ̃a. q; ois terminus ampliatiu⁹ eq̃liter ꝓuenit enti ⁊ nõ enti. vt sunt ifti. imaginabile opabile. ⁊ sic de alijs.

Ad rationes Ad primam dicitur q̃ illa nõ bene cõuertit. sed debet sic ꝓuerti. ergo potẽs esse vez est impossibile. Ad scdam dr q̃ ibi nõ arguit̃ p locũ a cõtrarijs. q; q̃uis vez ⁊ falsum ꝓtrariãtur tñ. possibile ⁊ ipossibile non ꝓtrariãtur sed magis ꝓmatiue opponũt. Et si dicat q̃ illa regula tenet in oĩbus oppositis. eo q̃ dicit pbs. si oppositũ i opposito ⁊ ꝓpositũ in ꝓposito. Dicẽdũ est q̃ regula est vera q̃n illa extrema eodẽ genere oppositiõis opponũtur. sic autẽ nõ est hic. Ad tertiã dr q̃ q̃uis possibile ampliat adtẽp⁹. hoc tñ nõ est ex cõsequenti. q; ꝓ̃io ⁊ ꝓ̃incipaliter ampliat ad suppositа. ⁊ econtrario est de necessario. ꝓ̃io enim ampliat quo ad tẽpus ⁊ ex⁹ p̃nti quo ad suppositа. Ad quartã dicit̃ q̃ licet necessariũ nõ possit affirmari de aliquo qõ nõ est. tñ termin⁹ p ipm ampliat ⁊ potest affirmari de eodẽ qõ est ⁊ de eo quod nõ est.

Et hec de ampliatiõe dicta sufficiãt.

Sequitur tractatus quartus de appellatione

Ppellatio est acceptio termini ꝓ re exĩte. Vico aũt ꝓ re existẽte. q; terminus significãs nõ ens non appellat. vt cesar vel antichristus vel chimera ⁊c. Differt aũt appellatio a significatiõe ⁊ suppõe. q; appellatio est tñ de re existẽte. sed suppõ ⁊ significatio sunt tã pro re existẽte q̃ ꝓ re nõ existẽte. vt antichristus significat antichristũ ⁊ suppõit ꝓ antichristo sed nõ appellat. hõ enim significat hoiem ⁊ de natura sua supponit tã pro existẽtibus q̃ ꝓ nõ existẽtib⁹ hominib⁹. appellat aũt tñ hoies existẽtes. Appellationũ aũt alia est termini cõis vt homo. alia ẽ termini discreti vel singularis vt sortes. Terminus singularis idẽ significat supponit ⁊ appellat. sez rem existentẽ. vt petrus vel iohannes. Item appellationũ termini cõis alia est termini cõis pro re in cõi. vt q̃n terminus cõis simplicem habet suppositionẽ. vt cũ dicit homo est species. aial est genus. ⁊ tũc terminus idẽ supponit significat ⁊ appellat. vt hõ significat hominem in cõi. ⁊ supponit ꝓ hoie in cõi. ⁊ appellat hoiem in cõi. Alia aũt est appellatio termini cõis ꝓ suis inferioribus. vt q̃n terminus cõis personalem habet suppositionem. vt cũ dicit homo currit: tũc homo nõ idẽ significat supponit ⁊ appellat. sed significat hominẽ in cõi ⁊ supponit ꝓ particularibus hoibus. ⁊ appellat ꝓticularis hoies tñ existentes. Et hec de appellationibus sufficiant dicta.

Iste est quartus tractatus parue ẓlogycalium in quo ipse determinat de appellatiõibus ꝓut q̃ de restrictiõe. Et ratio ordinis est. q; termin⁹ ꝓ se sumpt⁹ põt ampliari nõ aũt restringit nisi ꝓ aliqđ adiunctũ. ergo ⁊c. Tñ appellatio trib⁹ modis dr. Uno mõdo idẽ est q; vocatio ẽz ꝓ̃ia nomẽ alicui⁹ ꝓsone. vt cũ dr iste appellat antichristũ⁹ valet tñ sicut vocat. Secũdo mõ accipit appellatio vt est ꝓprietas nois significatiua rẽ sub mõ cõitatis ꝑm quã nomina dicũtur appellatiua q̃ sunt cõia multis. Tertio modo accipitur vt est acceptio termini ꝓ re existẽte vel ꝓ rebus existẽtibus. ⁊ solũ isto mõ de appellatiõe est hic ad ꝓpositum. Et diffinit̃ sic appellatio. Appellatio est acceptio termini ꝓ re existenti. In q̃ diffinitione ponit̃ acceptio loco generis. Et dr termini solũ. ⁊ nõ termini cõis. q; terminus singularis

pōt appellari ſicut termin⁹ cōis. q̄uis differāt vt poſtea videbit. Et dr̄. p re exiſtēte ad dr̄iam ſignificationis ⁊ ſuppōnis q̄ p̄nt eſſe tam rei exiſtētis q̄ nō exiſtētis. Ex quo ſequit q̄ accipiēdo appellationē ꝓprie termin⁹ ſignificās nō ens. vt chimera. hircocerꝰ ⁊ ſic de alijs nō pōt appellare. Et quo vlteri⁹ pz dr̄ia iter appellationē. ſuppōnem. ⁊ ſignificationē. q: appellatio eſt nīa de re exiſtente. ſignificatio vero ⁊ ſuppō ſunt tā de re exiſtente q̄ nō exiſtēte. vt antixp̄s ſignificat antixp̄m ⁊ ſupponit. p antixp̄o ⁊ nīa nihil appellat. Silr̄ hō ſignificat hoiem ⁊ ſupponit tā. p hoibus exiſtētibus q̄ nō exiſtētibus. ſz nīa appellat hoies exiſtētes. Aliter differūt. q: vbicūq; eſt appellatio ibi eſt ſuppō ſz nō ecōtra. Et diuidit̄ appellatio in appellationē termini cōis ⁊ in appellationē termini ſingularis. Differūt autē ad inuicē. q: termin⁹ ſingularis idē ſignificat ⁊ pro eodē ſupponit ⁊ appellat. ſortes em̄ ſignificat rē ſingularē ⁊ ſupponit. p re ſingulari ⁊ appellat eandē rē. Et hoc eſt intelligēdum ſi talis termin⁹ ſingularis appellat rem p̄ntem. Termin⁹ vero cōis ſignificat naturā cōem ⁊ ſuppōit pro ſuppoſitis tā exiſtētib⁹ q̄ nō exiſtētib⁹ ⁊ appellat exiſtētes ſolū. Vñ duplex eſt appellatio termini cōis. quedā eſt appellatio termini cōis habētis ſuppōnez ſimplicē. ⁊ talis termin⁹ idē ſignificat q̄. p eodē ſupponit. vt cū dr̄: hō eſt ſpēs. homo ſignificat naturā cōem ⁊ ſupponit pro natura humana ⁊ appellat eandē rē. Alia eſt termini cōis ꝑſonalem ſuppōnez habētis ⁊ talis termin⁹ nō idē ſignificat ſupponit ⁊ appellat. vt dictū eſt p⁹ius. Et ita dz intelligi predicta dr̄ia de appellatione termini cōis ꝑſonaliter ſupponētis.

Sciendū eſt ſecūdo q̄ dictionū quedam ſunt q̄ appellāt ſed p ſe appellata nō habēt vt nōia adiectiua q̄ p ſe nō habēt appellata ſz ratione ſuoꝝ ſubſtātiuoꝝ dicūtur hr̄e. Alie ſunt q̄ nō appellāt. ꝓprie ſz appellata ſunt. vt ſunt ꝓnōia demōſtratiua. Alie ſunt q̄ appellāt ⁊ hñt p ſe appellata. vt ſunt nōia ſubſtātiua cōia. ⁊ loiuz talib⁹. ꝓprie ꝙuenit appellatio accipiēdo appellationē eo mō quo petr⁹ hyſ. accipit. Vñ ſz alios alio mō diuidit a pellatio. q: q̄dā eſt appellatio formalis ſignificati termini. alia ē appellatio rōnis termini. Vñ rō formalis⁹ termini ſignificati ē acceptio termini. p eī⁹ ſignificato formali cui ineſt illud tale ſignificatū formale ſub alīq̄ dr̄ia tpis ⁊ illa ſolū cōuenit cōcretis. vt cū dr̄: ſortes eſt veniēs. ibi veniēs appellat rones formalem ſui termini. Sed appellatio ratiōis eſt actus interior ex parte obiecti ſm illā determinatā rōnem ſm quā talis terminus ſuū ſignificatū ſignificat. ſic q̄ actus importat⁹ p talē dictionē denotatē trāſire in rē ſignificatā p illū terminū. Sz circa hoc q̄ritur vtrū vbicūq; ſit appellatio rōis ſit appellatio termini ſignificati formal⁹. Ad hoc dr̄: q̄ ſic ⁊ declarat̄ p inductionē i ſingulis. ꝓbāb⁹ i quib⁹ eſt appellatio rōnis. nā in iſta cognoſco veniētē eſt appellatio rōnis ita ⁊ in ea ē appellatio formalis ſignificati. q: cognoſco ſignificat actū cognoſcēdi ⁊ appellat ipam adiacere alicui ſub alīq̄a dr̄ia tpis. mō hoc eſt appellare ſuū ſignificatū formale. ⁊ ita pōt reduci in oīb⁹ alijs. Et ad facilē⁹ cognoſcēdū q̄lter termin⁹ appellat ⁊ q̄liter nō ponūtur aliq̄ regule. Dr̄ia ē q̄ termin⁹ appellatiu⁹ poſit⁹ poſt verbi ſp appellat ſuū ſignificatū formale. p tpe verbi. Et hoc ſic dz intelligi q̄n talis termin⁹ nō eſt ampliatiu⁹ vel poſit⁹ cū tali termīo āpliatiuo. Exēplū primi. vt i hac ꝓpōne. adā eſt genit⁹. ly genit⁹ nō appellat gñationē paſſiuā. p tpe p̄ti ipōrtato p copulā adiacere ade. ſz appellat generationē adiacuiſſe pro tpe p̄terito ipōrtato p illud p̄dicatū genit⁹. Exēplū ſcōi. vt in hac. ꝓpōne. antixp̄s ē futur⁹ p̄dicator. ibi p̄dicator nō appellat actū p̄dicādi adiacere antixp̄o. p tpe p̄ti ſz. p tpe futuro. Et quo pz q̄ ſi ſortes nūc eſt alb⁹ ita q̄ nunq̄ añ fuiſſet alb⁹ hec eſſet falſa. ſortes fuit alb⁹. q: ly alb⁹ appellat ſuū ſignificatū formale. p tpe p̄teritoꝝ hēiſſe ſorti. iō ſenſus eius eſſet. ſortes in p̄terito habuit albedinē. ⁊ hoc eſt falſum p caſum poſitum. Sc̄da regula eſt. termin⁹ appellatiuus poſitus ⁊z in ꝓpōne de p̄ti q̄ de p̄terito ⁊ futuro ſp appellat ſuā rōnem formalē. ſicut q̄ ad veritatē ꝓpōnis de p̄ti requirit̄ q̄ p̄dicatū in ꝓpria forma verificet̄ de. ꝓnoie demōſtrāte rē. p. qua ſuppoſitū ſubiectū. Et ſilr̄ diceret̄ de. ꝓpōne de p̄terito vt ad veritatē huius. albū fuit nigrū. requirit̄ q̄ hec aliq̄n fuit vera. hoc eſt nigrū. demōſtrādo q̄ ly hoc eſt qđ fuit albū. Et ſilr̄ diceret̄ de. ꝓpōne de futuro. Sz circa hoc dubitat̄ vtrū terminus appellatiu⁹ ſignificati formalis diuerſimode appellat ante verbū ⁊ poſt verbū. Ad hoc dr̄: q̄ in ꝓpoſitione mere de preſenti non refert terminum appellatiuū preponere vel poſtponere verbo quantū ad appellationē. vt in iſtis. album eſt ſortes ⁊ ſortes eſt albus. ibi ly album eodē modo appellat. q: in vtraq; appellat albedinem ſorti. Et iſto patet defectus aliquoꝝ cōcedentium

ſitas ꝓpõnes mot⁹ eſt. ſz nõ eſt mot⁹. q: dicũt ipi q termin⁹ appellat aliter poſt verbũ ⁊ añ. Scdo dr q multũ refert ꝓponere ⁊ poſtpõere terminũ reſpectu ꝟbi ꝓteriti vel futuri. Pz q: ſi talis ꝓpo natur verbo ꝓteritivel futuri tpis tũc appellat ſu ꝟz ſignificatũ formale ad pñs ſub diſiũctiõe. Et q̃ poſtponit ꝟbo ꝓteriti vel futuri tpis tñ appellat ſuũ ſignificatũ ad tps verbi ⁊ nõ ſub diſiũctiõe ad pñs. vt i iſta albũ fuit ſortes. albũ appellat albedinẽ ꝓ tpe ꝓterito ſub diſiũctiõe ad pñs. ⁊ ſenſus ẽ qđ ẽ vel fuit albũ fuit ſortes. Sil⁹ i iſta ſortes fuit alb⁹ ibi alb⁹ ſolũ appellat albedinẽ ꝓ tpe ꝓterito. Et q̃ põt patere veritas hui⁹ ꝓpõis crudũ comediſti. nã crudũ appellat cruditatẽ ad tacere alicui ꝓ tpe ꝓterito ſub diſiũctiõe ad pñs ita q appellet cruditatem eſſe vel infuiſſe rei quã comediſti. ſz in iſta comediſti crudũ appellat cruditatẽ ꝓ modũ adiacẽtis rez quã comediſti ⁊ hoc ꝓ tpe ſue comeſtionis.

Sciendũ eſt tertio q̃ tertia regl'a talis ẽ. Quicũq; termin⁹ ſequit dictionẽ ſignificãtez actũ aĩe interioꝛẽ, ⁊ regit a tali dictiõe tũc appellat ꝑſe ſuã ꝓpꝛiã rõnem. vt i hac, ꝓpõne. cognoſco veniẽtez. ibi veniẽtez appellat ſuã ꝓpꝛiã rõnez ſz quã dr eſſe veniẽs. Et dr notãter termin⁹ ſequẽs. q: ſi ꝑcederet tũc appellaret ſuã forꝛmã ſub diſiũctiõe ad alias rõnes ꝟ veniẽtes rei ſignificate. Verbi gr̃a. i iſta cognoſco veniẽtez. ly veniẽtẽ appellat ꝑcipe ſuã rõem. ⁊ iõ ad veritatez ei⁹ requirit q dr veniẽte habeat noticiã. Sz in iſta, ꝓpõne veniẽtẽ cognoſco. ly veniẽtẽ appellat ſub diſiũctiõe a d oẽm rõem veniẽti cõueniẽtẽ. iõ ad veritatẽ dicte, ꝓpõnis ſufficit q dr veniẽte habeat noticiã. ſiue ſit noticia, ꝓpꝛia ſiue ſm quã dr veniẽs ſine alia veniẽti cõueniẽs. Et ſm iſtũ modũ dicẽdi nõ valẽt iſte ỹñe. veniẽtez cognoſco. ergo cognoſco veniẽtez. ⁊ ſic de aliis ꝓp cãs iã dictas. Si tñ quis dicat q ꝛrobiꝫ tenetur eodẽ mõ tunc valet ỹñtia nec in hoc mõ dicẽdi eſt cõtradictio.

Sed cõtra ꝓdicta arguit' ꝓio ſic. ſola noĩa cõia ſunt appellatiua. ergo ſolũ eis cõuenit appellatio: Scdo arguitur ſic. adiectiuũ q̃q; appellat ⁊ tñ nõ eſt terminus ſupponẽs cũ tñmodo copulat ⁊ nõ ſupponit. ergo appellatio nõ ẽ acceptio termini ſupponẽtis. ⁊ p ỹñs appellatio ꝑſupponit ſuppõnem. Tertio arguitur ſic. oẽ qđ appellat hz ſuppoſita. ſz terminus ſingularis nõ hz ſuppoſita. ergo terminus ſingularis non hz appellata. ⁊ ſic ꝑius termini ſingularis ẽ appellatio nulla. Quarto arguitur ſic. ãtix ꝑs ſignificat rez ſingularẽ ⁊ ꝑ ea ſup põit. ⁊ tñ illa nõ appellat. g⁹ male dr q termin⁹ ſingularis ſcdẽ ſignificat ſupponit ⁊ appellat.

Ad rationes. Ad ꝓmam dicitur q nõ accipit appellatio, pur a grãmatico ꝓſideraf ſz vt ẽ acceptio termini cõis, p re vel reb⁹ ei⁹ñib⁹ vt patuit i ꝓio notabili. Ad ſcdam dr q adiectiuũ in maſculino ⁊ femꝛnino gñib⁹ copulat. ſz in neutro bñ ſupponit. ſcz, p illis ſuppoſitis quib⁹ accidit ſuũ ſignificatũ. ⁊ illo mõ bñ appellat. ſi tñ accipiat appellatio, p quacũq; acceptione termini ſub eius rõne formali tũc termin⁹ adiectiu⁹ bñ appellat vt pꝛ⁹ viſum ẽ. Ad tertiã dr q termin⁹ ſingl'aꝛ, ñ hz ſuppoſita tñ res ſingl'aꝛ, quã ſignificat reſpectu voc̃ ſignificatiue põt dici ſuppoſitũ ⁊ appellatum q̃uis ſm diuerſas rõnes.

Ad quartã dr q termin⁹ ſingularis hz ſignificare ſupponere ⁊ appellare. tũc illa tria ſupponũt ꝓo eo dẽ. ſed tñ poteſt ſignificare ⁊ ſupponere ⁊ tñ nõ appellabit vt ſatis, ꝑbat ratio. Et hec de appellationibus.

Sequitur quintus tractatus de reſtrictione.

Reſtrictio eſt coartatio termini cõmunis a maiori ſuppoſitione ad minorem vt dictum eſt prius. Reſtrictionum añt alia fit per nomẽ vt homo albus. iſte terminus hõ nõ ſupponit ꝓo nigris neq; ꝓo medio colore coloratis ſed reſtringitur ad albos. Alia fit per verbũ. vt homo currit. iſte terminus homo ſupponit ꝓo pñtibus tñ. Alia fit p partic̃piũ. vt cũ dicitur hõ currẽs diſputat. ille terminus homo ſupponit ꝓo pñtibus. Alia fit per implicationem. vt cum dicitur. homo qui eſt albus currit.

Digitized by Google

hec implicatio qui est albus restringit hominē ad albos. Itē restrictionum factarū per nomen alia fit per inferius superioris appositum vt animal homo currit. ille terminus animal tñ supponit p animalibus que sunt homines. alia fit p differentiaz aduenientē generi que est essentialis cum sit constitutiua rei vt cum dicitur animal rōnale. hic animal supponit pro rationalibus aialibus. Alia fit per adiectiuū accidentis. vt cum dicitur homo albus. iste termin⁹ homo supponit tantuz pro albis hominibus.

Iste est quintus tractat⁹ parvoꝝ logycaliuz petri pyspani in quo ipse determinat d vna passione terminoꝝ oppositaꝝ ampliationi que dicit restrictio. z eā primo diffinit. Restrictio est oō termini cōis a maiori suppōne ad minorē. Et ibi ponit coartatio loco generis. Et ponit termini cōis ad differētiā termini singularis qui nō ampliatur nec restringit saltē quo ad supposita. et dicit a maiori suppōne ad minorē. ad differētiā ampliatiōis. cū em̄ dicitur homo currit. homo supponit p oibus hoibus p̄ntibus. sed si dicat hō albus currit. homo restringit. q: solū suppōnit p hoibus albis. Pro quo aduertēdū ē q ad hoc q aliquis termin⁹ possit aliū restrigere due cōditiones requrūt. Prima ē q ille termin⁹ possit verificari de aliquo supposito termini restrigibil z de aliquo nō. ideo hic nō ē restrictio hō asin⁹ currit. Secūda cōditio est q hoc verbū est possit affirmari de aggregato ex termino restrigibili z restrictione. vt ad hoc q hō restrigat ista ꝓpone hō alb⁹ currit. oportet q hec sit vera hō albus est. ideo hic nō est restrictio. null⁹ homo est generādus. q: hec est falsa. hō generand⁹ est.

Sciēdum est primo q̄ duplex est restrictio. quedaz est ꝓpria siue naturalis alia est impropria. z talis est dupler. q: q̄dā est vsualis q̄ est quādo aliq̄s termin⁹ accipit ex vsu loq̄ndi p aliquo determinato supposito. p quo de virtute sermōis nō accipit. vt cū dicit. rex vēit pisis Thus em̄ rex ibi de virtute sermōis possit intelligi ferēter accipi. p omni rege. tñ ex vsu loquēdi restringit ad regē. ppie patrie. Alia est trāsitiua q̄ fit virtute alicui⁹ verbi trāsitiui. vt cū dicit sortes pertrit hoiem virtute illi⁹ verbi trāsitiui. p currit. ille accensatiu⁹ hoiem supp̄sit. p alio a sorte. z sic videt restrigi. Restrictio ꝺo. ppria est q̄ fit virtute alicui⁹ adiūcti termio cōi. Et ista est q̄ dupler q: quedā est q̄ fit p nomē alia p verbū. alia p participiū. alia p implicationē. Et huius diuisiōis ratio est q: restrictio fit p aliquā dictionē. aut ergo fit p dictionē cōplexā. z sic est illa q̄ fit p implicationē. aut dictionē incōplexaz. Et hoc dupl'r. q: vel talis dictio significat substantiam. z sic est illa que fit p nomen. aut significat actum. z hoc dupliciter. q: vel significat actum distantē a substātia. z sic est illa que fit p verbuz aut actū indistātem z sic est illa q̄ fit p p̄cipiuz. Est autem implicatio aliquod cōplexū ex noīe z verbo z relatiuo qui addito alteri extremo. p positiōis. vt si dicatur homo qui est albus. hoc totum qui est albus dicitur implicatio.

Sciendū est secando q̄ restrictionis facte per nomen talis est diuisio. nam alia fit p inferius additum superiori. vt si dicatur animal homo currit. alia vero per differentiam aduenientē generi. vt cum dicit. animal rationale z hoc intelligitur de differentia diuitiua. Alia fit per adiectiuum accidentis. vt hō albus currit. Et huius diuisiōis sic habet sufficientia. q: in omni restrictione vel terminus restrict⁹ est essentialis termino restringenti vel non. si nō sic est tertium membruz. Si sit essentialis hoc est dupliciter quia vel cōuenit termino restringēti p̄mo z per se vel ex cōsequēti. Si primuz sic est primū membrū. si secūdū. sic est secundū. Differentia em̄ primo restringit genus quod diuidit z ex cōsequēti inferius includit illā differētiā. Unde adiectiuuz potest se habere tripliciter ad subiectū vel ad p̄dicatum cui adiungitur. Uno modo conuertibiliter. Alio modo magis communiter z tertio modo minus cōe. Si em̄ se habeat vt conuertibile tunc nō restringit terminuz cui adiungitur. vt si dicat homo est risibilis. ibi risibile nō restringit hominē cum habeat supposita equalia sicut z ly homo. Si vero sit minus cōe. vt dicendo homo grāmaticus tunc semper restringit. Si vero sit magis cōe hoc est dupliciter, quia vel cōuenit omnibus suppositis illi⁹ cui adiungitur z cum hoc multis aliis, z sic restringit. vt si dicat. ethiops niger currit. si vero cōueniat aliquib⁹ suppositis illius cui adiūgi-

tur ꝛ aliq̃b⁹ nō. ꝛ cū hoc multis alijs ꝓueñt sic restrigit. vt si dicaꝯ hō alb⁹ currit. ibi alb⁹ restringit ꝛ cōueñt aliq̃b⁹ suppoſit⁹ illi⁹ cui adiūgit. ſz nō oīb⁹ ꝯuis mḋis alijs cōueñat. ꝛ ꝫ mō restringit ſbiectū cui adiūgit ad ſuppoſita q̃b⁹ illō ꝥad iectuū ſeſt qñ pōit eꝝ eadē ꝓte cū illo termīo cōi

Saēdū eſt tertio q̄ ītez restrictionū pōit alia diuiſio. nā q̃dā q̃ ē fit rōne ſignificationis. Alia restrictio rōne ſignificatōis eſt qñ aliq̃d adiūctū alteri restrigit ipm quo ad ſignificationē p̄cipalē ſic q̄ termin⁹ reſtrict⁹ ſolū teneꝝ ꝓ ſuppoſitis q̃b⁹ ꝓuenit forma ſignificata p terminū reſtringēte. vt hō alb⁹ currit. Alia eſt q̃ fit rōne cōſignificatōis qñ aliq̃d adiūctū alteri reſtrigit ipm quo ad ſignificationē vt cū dr. hō eſt alb⁹. alb⁹ cm̄ reſtrigit hoiem rōne cōſignificationis q̃ eſt gen⁹ ad maſculinū tm̄ ꝛ hec ſunt ītelligēda de ſignificatiōe ꝛ cōſignificatiōe terminī reſtringētis. cū em̄ dr hō eſt alb⁹. ibi alb⁹ ſignificat albedinē ꝛ nō ſignificat maſculinū gen⁹. ſed magis cōſignificat. ītō reſtrigit hoiez quo ad cō ſignificatiōez. nō aūt q̃ ad ſignificationē. q: nō facit cū teneri ꝓ hoīb⁹ albis ſolū. Et hui⁹ diuiſiōis ſic habeꝯ ſufficiētia. q: oīs reſtrictio ſit p aliquā dictionē reſtrigentē. aut ergo pōit in eadē ꝓte. ꝓpōis cū dictiōe reſtricta. ꝛ ſic eſt primus mēbrū. vel ex altera. ꝛ ſic eſt ſcōm mmēbrū.

Sed cōtra p̄dicta arguit. Primo ſic dicēdo. ſortes albus currit. ibi ſortes reſtringit ad ſtādū ꝓ albis. ergo terminus ſingularis pōt reſtringi. ꝛ ſic reſtrictio nō eſt ſolum termini cōis.

Scōo arguit ſic. verbū nō eſt determinatio ſubiecti. q: ponit in p̄dicato. ꝓpōis. ergo non pōt reſtringere ſubiectū. ꝛ ſic nulla eſt reſtrictio facta ꝓ verbū. Tertio arguit ſic. ꝓticipiū hz eandē vim reſtringendi cū verbo cū habeat idez ſignificatū. ſed cū dr hō currit. hō nō reſtringit ad currētes. ergo cum dicitur homo eſt currēs. hō nō reſtrigit ꝓ currēte⁹. Quarto arguit ſic. inferius additū ſupioꝛi reſtringit ſupi⁹ rōne differētie quā ītroduxit. g⁹ ꝓtim⁹ mod⁹ ffrictiōis facte ꝓ nomē ꝛ ſecūd⁹ nō diſtinguunt inter ſe.

Ad rōnes. Ad primā dr q̄ in iſta. ſortes alb⁹ currit. ſortes bñ reſtringit quo ad ſignificationē. q: pōt ēquoce mīta ſignificare. ſed nō q̄tū ad ſuppōnē. ītō nō reſtringit. Ad ſecūdā dicit q̄ verbū poſitū in p̄dicato non hz ꝓ ſuā ſignificationē reſtrigere ſubiectū q: illo mō non eſt determinatio eius. ſz bñ ꝓ ſuā ꝓſignificationē ſm aliquā reſpicit ſubiectū. ideo currit non reſtringit ad currētes ſz bene ad ꝓtes. Ad tertiā dicit q̄ qñ dicit hō currit. illud verbū non reſtringit ſubiectū ꝓ ſuā ſignificationē ad currētes. ſed cū dicit hō currēs legit. hō currēs ponit eꝝ eadē ꝓte cū hoīe. ideo habet reſtringi hūc terminū hō ad ſtādū ꝓ currētib⁹. ꝛ ſz hēat eādē vim nō tm̄ eodē mō applicata ē ad ſubiectū. Ad q̄rtā dicit q̄ inferi⁹ additū ſupioꝛi ꝛ differētia cōſtitutiua ei⁹ hūt vim reſtringēdi ad eadē ſuppoſita. ſed differūt q̄tū ad modos reſtrigēdi. nā inferi⁹ reſtrigit ſupi⁹ ſubſtātiue. ꝛ ꝓ figurā grammaticalē. ſz ꝓ appoſitionē. differētia vero actiue ꝛ nō ꝓ figurā. ꝛ ſic diſtinguūtur inter ſe.

De reſtrictiōe facta ꝑ nomē cōiter ſumptū tales dāt regule. Oñe nomē non diminuēs nec habēs vim ampliādi adiūctū eꝝ eadē ꝓte termino magis cōi reſtringit ipſum ad ſupponendum ꝓ his ad que exigit ſua ſignificatio. vt patz in exemplis p̄dictis vt homo per ſuam ſignificationem reſtringit animal ad animalia que ſunt homines. vt cū dicit aial homo. ꝛ albus reſtringit hoiem per ſuam ſignificationē ad hoies albos vt cū dicit homo albus. Dico autez nō diminuēs ad remouendū noīa diminuētia rationē adiūcti. vt mortu⁹ vel corrupt⁹ ꝛ ſimilia que non reſtrigunt ſed potius deſtruunt adiunctū. Dico autem non habens vim ampliandi. ad remouendū dictiones ampliatiuas. vt potens. poteſt poſſibile. que nō reſtringunt ſed potius ampliant. Et ſciendum q̄ minus commune ſemper reſtringit magis cōe. vt cum dicit homo albus currit. quia homo reperitur in albis hoīb⁹ ꝛ nigris ꝛ medio coloꝛe coloꝛatis: ſed albus autez nō vnde quo ad hoc

homo eſt magis commune: ꝛ albus minus cõmune. ꝛ ſic albus reſtringit hominem. ſed ꝫm ꝙ albus. reperitur in hominibus. lignis. lapidib⁹ et brutis: homo autez non. et ſic albus eſt magis cõmune et homo minus commune et ſic homo coartat albũ ad albedinem exiſtentem in hominibus. cuz dicitur. homo albus currit et ſic vtrũq; coartat alterum ꝫm diuerſa. Item de termino reſtricto: talis datur regula. Si ſignũ vniuerſale adueniat termino reſtricto: non diſtribuit ipſum niſi pro his ad que reſtringitur. Luz eñ dico omnis homo albus currit. ibi homo reſtringitur ad albos. et non poteſt diſtribui: niſi pro albis. Item de reſtrictione datur regula talis. Nihil poſitum a parte predicati poteſt reſtringere terminum cõmunez poſitũ a parte ſubiecti quo ad principalem eius ſignificationem vt homo eſt albus. iſte terminus albus in predicato poſitus: non poteſt reſtringere hoiem in ſubiecto poſitũ ad albos. quia ſi reſtringeretur ad albos: ergo per regulam precedentẽ. ſi ſcz ſignũ vniuerſale aduenerit termino reſtricto ſolum diſtribuit ipſum pro his ad que reſtringitur: vt in proposito homo diſtribueretur ſolũ pro albis hominibus. et ſic iſtius propõnis. omnis homo eſt albus ſenſus eſſet. omis homo albus eſt albus: ergo ſi vna erit vera. reliqua erit vera. ꝛ ſi vna erit falſa: reliqua erit falſa. quod tñ eſt falſum: ergo cũ dicitur. ois homo eſt albus iſte terminus hõ non reſtringitur. et ſic ꝓz illa regula. Dico aũt quo ad ꝓz principalẽ eius ſignificationẽ ꝙ predicatuz reſtringit ſubiectũ quo ad ſignificationẽ que eſt genus vt cũ dicitur. cignus eſt albus. iſte terminus cignus reſtringitur ad maꝛes et nõ ad mulieres. et ſic albus reſtringit ipſuz: quo ad conſignificationez q̃ eſt genus. et non quo ad ſuam ſignificationem.

Itez de reſtrictiõe facta per implicationez: talis datur regula. Omnis implicatio ũmediate conũcta termino cõmuni reſtringit ipſum ſicut ſuuz adiectiuum vt cũ dicitur. homo qui eſt albus currit. iſte termin⁹ hõ reſtringitur ad albos: per hãc implicationẽ ſcz qui eſt albus. Itẽ de eadẽ reſtrictione: talis datur regula. Quotieſcũq; ſignũ vl̃e ꝛ implicatio ponũtur in eadẽ locutione dupleꝛ eſt oꝛatio: ex eo ꝙ ſignũ põt precedere implicationez: et ſic diſtribuit terminũ cõem ꝓ quolz ſuo ſuppoſito. vt cũ dꝛ. ois hõ currit qui eſt albus. Itẽ implicatio põt ꝓius aduenire ꝛ reſtringere terminũ cõem: ꝛ tũc ſignũ poſtea aduenies nõ diſtribuit ipz: niſi pro his ad que reſtringitur. vt ois hõ qui eſt albus currit. et tunc equiualet huic omnis homo albus currit:

Circa hũc textũ notãdũ eſt ꝓmo ꝙ ꝓ̃ſ anto: ponit aliquas regl̃as de reſtrictõib⁹. Et ꝓmo ponit vnã regulã de reſtrictõe facta ꝙ nomẽ q̃ talis eſt. Omẽ nomẽ nõ diminuẽs necꝫ hꝫs viz ãpli-

audi adiūctū termino cōi ex eadem pte restringit ipsum ad supponēdū ꝑ his ꝑ qb⁹ exigit adiunctū siue significatū termini restrigētis vt si dicaf aīal homo currit. aīal restringit ad stādū ꝑ aīalib⁹ q̄ sunt hoies. Et ō: nō diminuēs: q: noīa diminuētiā nō restringūt eo q⁹ alienam rōnē termio⁹ hñt quib⁹ adiū gūt nec ꝑdicaf de aliq̄ suppōsito ipso⁹. Dicit etiā nō hñ⁹ vim ampliādi: q: dictōes ꝓpriative nō restringūt: ꝛ ampliāt. Et dicit adiūctū ex eadē pte: q: null⁹ terminus restringit alt⁹ q̄ ad significationē: nisi ibi addaf ex eadē pte. Dicit etiā termio magis cōi: q: min⁹ cōe sp restringit magis cōe: ꝛ nō econtra. vt cū ō. hō albus currit. cū em̄ hō repiaf in hoibus nigris ꝛ in medio colore coloratis ꝛ albus nō io alb⁹ restrigit hoies ad albos ꝛ eō. Si vero accipiaf ꝑm q⁹ repif in hoib⁹ ꝛ multis aliis reb⁹. sic homo se hz vt min⁹ cōe ꝛ coartat albus ad stādū ꝓ albedine q̄ est in forma.

Sciēdū est secūdo q⁹ de termino restricto daf regula talis. Si signū vle aduenat termino restricto nō distribuit ipm ꝑ oēs⁹ suis suppositis sed solū ꝑ his ad q̄ restringif vt cū dicit. oīs homo alb⁹ currit. hō nō distribuit nisi ꝑ albis. Et rō talis est: q: signū vle non distribuit terminū nisi eo modo quo repit ipm tentū ꝓ suppositis ꝑ quib⁹ accipi pōt. hz signū vle applicaf solum tali termino cōi sic restricto. ideo hic solū accipi potest ꝑ suppositis ad que restringif Est nō aduertēdū: q⁹ dictio restringēs nō diminuit virtutē distribuēdi signi ex pte ipsius nō diminuit applicationē eius ad materiā ex pte terminī distribuibilis. Consequēter auctor ponit aliā regulā de restrictione in cōi q̄ talis est. Nihil positū a pte ꝑdicati restringit terminū cōem positū a pte subiecti quo ad principalē significationē termini restringētis q̄uis possit restringere quo ad cōsignificationē. q̄n em̄ dicit homo ē albus. alb⁹ nō restringit hominē quo ad significationē. eo q⁹ nō facit hominez teneri ꝑ albis nec restringit ipm quo ad consignificationē: q: facit ipm teneri ꝓ marib⁹ nec: Nō aūt non teneaf in illa ꝓpone ꝑ albis nec. patet ꝑ regulā precedētē: q: si solū distribueret ꝑ albis ergo esset idē sensus huius ꝓpōnis. omnis homo est albus. ꝛ istius omnis homo albus est albus. ergo sicut secunda semp est vera: ita deberet esse ꝛ prima quod ē falsum: ideo nō restringit quo ad significationē si ponatur a pte predicati.

Sciendū est tertio: q⁹ de restrictione facta ꝑ implicationē: talis datur regula. Omnis implicatio adiuncta immediate termino cōi restringit ipsum sicut suus adiunctū. vt cū dicitur homo qui est albus currit. ibi homo restringif ad albos per hanc implicationez qui est. Et rō regule talis est. quia implicatio habz vim restringendi ratione adiuncti q̄ ponitur in ipla. ideo quādo in ipsa ponif ex eadē pte ꝓpōnis cū termino cōi eodē modo restringit sicut faceret suū adiunctum. Et notāter ponif immediate adiuncta. quia si talis implicatio nō esset immediate adiuncta termino nō restringeret ꝑ suam significationē. vt si dicaf. homo currit qui est albus: ibi nō restringif homo ad albos. sed bene restringitur ad mares. Et debet intelligi de implicatione nō diminuēte nec ampliāte. Similiter de eadem restrictione daf alia regula que talis est Quotiēscūq⁹ signū vle ꝛ implicatio ponūtur in eadē oratiōe. tūc locutio est dupl⁹ eo⁹ signū vle potest precedere implicationē nō immediate adiunctā termino cōi. ꝛ distribuit terminum cōem ꝑ omnib⁹ suis suppositis. vt cū dicif oīs homo currit qui est albus. Tūc implicitio pōt ꝓius aduenire termino cōi q̄ signū vle. ꝛ tūc signū vle sibi addaf solum distribuit terminū ꝓ his ad que restringif ꝑ implicationē: vt cū dicitur. oīs homo qui est albus currit. ibi hō solū distribuit. ꝑ albis eo q⁹ homo ꝓius restringitur ꝑ implicationē q̄ distribuaf per signū. Ex quo patet q⁹ talis locutio est dupler. illa em̄ ꝓpō in qua ponif implicatio ex eadē pte equivalet vni copulatiue. vt hec oīs hō qui est albus currit. equivalet huic omnis hō currit ꝛ ille est albus.

Sed cōtra ꝑdicta arguif ꝓio sic. cū d: hō potēs videre currit. ibi potēs restringit hominē. ꝛ tamē ē dictio ampliativa: ergo male dicif in prima regula nō habēs vim ampliādi.

Secūdo arguif sic. signū vle in oratiōe semp ꝓius aduenit termino cōi q̄ dictio restringēs que sequit terminū cōem. ergo reperit terminū cōem nō restrictū. ꝛ sic distribuit ipsum ꝓ oībus suis suppositis: ꝛ nō solū ꝑ his ꝓ quib⁹ exigit dictio restringēs. Tertio arguif sic. talia sunt subiecta q̄lia ꝓmittūtur ab eorum predicatis: vt dicit Boetius: ergo ꝑdicatuz potest restringere subiectū quo ad principalem eius significationē. Quarto arguif sic. illud quod ponif a parte ꝑdicati nō potest restringere terminū in subiecto ꝑ suam significationem. sed dictio restringens ponitur a pte ꝑdicati impliatione: ergo cū implicatio nō restringit nisi virtute

termini restringentis adiuncti non potest nisi p eius significationez restingere subiectum.

Ad rationes. Ad primā dz q potēs pro q̄to determinat actum videndi habet vi restringēdi terminum cōmunem: vt teneatur pro his que habent potentiam visiuam. si tamē per se sumatur habet virtutem ampliandi ad presentia z futura. z hoc per respectū ad diuersa. Ad secundam dicitur q̄ls signuz vniuersale sm vocem posterius sit z imediatius adiungatur termino cōmuni: tamen sm intellectuz est ecōuerso. Et causa est: quia dictio restringens est abſoluta. z signuz vle est dictio respectiua que dispōnit subiectum in ordine ad predicatū: mō prius est itelligere illud qd subiiciatur añ q̄ distribuat respectu predicati. Ad tertiā dr̄. q illa auctoritas sic intelligit. talia sunt subiecta qualia permittuntur ab eo de quo predicatis cōsideratis quātuz ad significationē vel cōsignificationē: z etiā q̄tum ad modum supponēdi subiectū determinatur a predicato p significationē predicati sed per illā significationē nō restringit illud cui adiungitur quo ad suam significationē. Ad q̄r tāpōr: q adiunctū significatiōis se tenet ex parte predicati, ppositionis ꝫplicatiue: sed non ex pte predicati totius ppōnis. Et q: tota implicatio se tenet ex parte subiecti. ideo per suam significationem potest restringere subiectum.

Sequitur de restrictione facta p verbum. de qua plures dantur regule. Quarum prima talis est. Terminus communis supponens vel apponens verbo presentis temporis simpliciter sumpto: non habēte vim ampliandi: neq; ex se: neq; ex alio restringitur ad supponendum pro his que sunt sub forma termini communis supponentis. Dico autem termini communis: quia terminus discretus neq; restringitur neq; ampliatur. Dico autem verbum presentis temporis ad removendum alia verba aliorum temporum: quia terminus communis aliam habet suppositionem cum eis. Dico autem simpliciter sumpto ad removenduz verba sumpta cum particulis diminuentibus: vt est opinabile et inopinabile. Dico autem non habente vim ampliandi ad removēdum verba ampliatiua: vt potest. Dico autem neq; ex se: neq; ex alio ad removendum verba habentia vim ampliandi ex alio: vputa ex coniuncto: sicut hoc verbū est cum dicitur est potens. Dico autē sub forma termini supponentis quia homo supponit pro his qui sunt sub humanitate z animal q̄ sunt sub aialitate vt cum dicitur homo est animal.

Itez alia datur regula. Terminꝰ cōis supponens vel apponens verbo de preterito simpliciter sumpto nō habēte viz āpliandi nec ex se nec ex alio restringitur ad supponendum p his que sunt vel fuerunt sub forma termini supponentis: vt cum dicitur homo fuit animal. iste terminus homo supponit pro his qui sunt vel fuerunt homines: et animal pro his que sunt vel fuerunt animalia. Item alia datur regula. Terminus communis supponens vel apponens verbo de futuro etiā supponit pro his que sunt: vel erunt sub forma termini supponentis scilicet pro eis que sunt vel erūt in futuro: vt homo erit animal. Ex predictis patet q̄ verbum restringitur quo ad significationem que est tēpus. et non quo ad significationem principalem.

Digitized by Google

¶ Circa hūc tertū notādū est p.ō q ꝑter Pe. hysl. ponit tres regulas de restrictiōe facta p verbuz. Quaꝝ prima ē. Terminus cōis supponēs vel apponēs verbo pñt̄ tpis simplr sumpto nō hñti vim ampliādi nec a se nec ab alio restringi/tur ad supponēdū. p his q̄ sunt sub forma termini supponētis. Et dr simplr sumpto ad remouēdū verba diminutiua: vt sūt opino: ymagino: ⁊ silia. Vñ oia verba vel pticipia pñt̄ tēpis q̄ sic se hñt q hñt naturā ꝛpliādi tā supra rē preteritam q̄ futurā nō restringūt terminū precedētē sed sed hñt virtutē ꝛpliandi nō est ea quā aliqui assignant. scz q significāt actū q̄ nō est in eo de quo enūciatur verbū. aut significās actū qui nō est ūn eo qō enūciaf. ampliāt rñ terminū seq̄ntē. Sz hē falsum: q: videri enūciaf de parte ī quo rñ nō ē. Set rñ iste terminus paries nō ampliaf in hac. ꝓpōe paries videtur. Secūda regula talis est. Termin⁹ cōis supponens verbo de preterito simplr sūpto nō hñs vis ꝛpliādi restringit ad supponēdū. p his q̄ sunt ⁊ fuerūt sub forma termini supponēt. vt si dicaf. albū fuit nigrū. albū suppoit p eo qō est vel fuit nigrū. Er q̄ seq̄tur q iste ꝓpositōes nō debēt negari virgo fuit meretrix. puer fuit senex. ergo pepit: ⁊ sic d aliis. Vñ ꝟ ꝓpō ergo pepit. hz hūc sensum. qō est vel fuit virgo pepit.

Tertia regula talis est. Termin⁹ cōis supponēs verbo de futuro simplr sumpto nō hñti vis ampliandi supponit. p his q̄ sunt ⁊ erūt sub forma termini supponēt: vt si dicatur. hō erit albꝰ hō suppōit. p his q̄ sunt ⁊ erūt. Er quo seq̄tur q iste ꝓpōnes sunt ꝑcedēde. cecus erit videns. senex erit puer. virgo pariet: ⁊ sic de silib⁹. Er predicti auto: ifert vnū correlariū: q verbū ī ꝑdicato positū nō restrīgit rōne sui significati principal. Sz sic. q: seq̄reꝝ q verbū pñt̄is tpis eodē mō restringeret sicut verba alio: tempoū eo q verba pñt̄ tpis ⁊ preteriti ⁊ futuri idē significant. Sdo ptz q si ꝟbū restrīgeret quo ad significatōes. seq̄reꝝ q aliq̄bus hoibus currētibus ⁊ aliq̄bus nō currētibus hec esset vera. omnis hō currit. eo q̄ currit restrīgeret solū ad pñtes ⁊ ita sensus eēt ois homo currēs currit.

Sciendum est scdo: q circa predicta oriūtur aliq̄ difficultates. Prima est. vtrū ille regule date de restrictiōe facta p verbū sint vere. Ad quā difficultatē respōdetur q sic. tribus cōditionib⁹ obseruatis. Prima est q ille terminus cōis habeat: suppositā pñtā preterita vel futura ad que possit restringi. Secūda est q talis termin⁹ cōis supponat plonaliter. nam si supp̄ poneret materialr. vel simpliciter: nō restrīgeret.

Tertia est q in tali ꝓpōne nō sit predicatio necessaria eo q ī predicatiōib⁹ necessarijs verba absoluūtur a tpe. Et posset addi q̄rta. s. q talis termin⁹ p aliquod aliud sibi additū a verbo non restrīgatur ad suppositā. p aliquo determīato tpe q: si diceretur. oē qō est album fuit nigrū ibi album non restrīgit ad pñtes ⁊ preteritos: sed tenetur p pñtibus trīb. Et si quis dicat q in ꝓpōnibus de preterito ⁊ futuro termin⁹ cōis videf ampliari: ergo male dr q restringit. Ad ꝟ rñdetur: q verbū de preterito vel futuro dr ꝛpliare terminum in⁹ordine ad suppōnem quā hz per se respectu verbi de pñti. sed dr restringere ipm in ordine ad suppōnem quam haberet sine determinatione alicuius alterius termini restringentis. Vel aliter dicatur: q talis terminus nullo mō ꝛplia/tur. ad hoc esset q aliq̄s terminus ampliet̄ non sufficit q supponat. p pñtibus ⁊ preteritis: aut. p pñtib⁹ ⁊ futuris mediante verbo de preterito aut futuro. sed req̄ritur q illud verbum ampliatiuū ex pñtis tpis hz virtutē ampliandi quemad/modum hoc verbum potest.

Sciendū est tertio: q restat alia difficultas. q̄iter. s. pñt̄ concedi iste. ꝓpōnes. videns fuit cecus. puer fuit senex. ⁊ silēs. cū rñ nunq̄ habuerint nec possint hre aliquā. ꝓpōnē de presenti verā sibi correspōdentē. Ad quā rñdetur p: io q ad hoc q aliqua. ꝓpositio de preterito vel futuro sit vera si illa habeat. ꝓpōnes ad q̄s copulatue decendendo valeat ꝓpria ad inferiora non oportet. ꝓpōnes sibi correspondentē de presenti aliq̄n fore vel fuisse veram. sed sufficit q singulares illius de presenti correspōdētes fuerint vere Er quo seq̄tur q hec est vera. adā ⁊ noe fuerunt q̄ uis hec nō fuit vera. adaz ⁊ noe sunt. ille enim fuerunt vere. p diuersis tpibus. adaz est. noe est. Et eodē modo dicet̄ de ista. omnis hō fuit in ista domo. posito casu q oēs homines successiue fuissent in illa domo. Secundo dr q ad hoc q aliq̄ ꝓpositio de preterito vel futuro sit vera nō oportet q illa de pñti sibi corrīdēs ī ꝓpria forma sit vl fuerit vera. nec ēt singlares ei⁹. Sz sufficit q in illa de pñti pōaf. pnomē demōstratiuū de subiecto demōstrās illō. p q̄ suppōebat subiectū illi⁹ de pñti vl preterito. vr ad ꝟ hec sit vera albū fuit nigrū. req̄ritur hāc fuisse verā album est nigrum sed sufficiat hāc fuisse vl esse verā demōstrato illo

pro quo supponebat albuz scz hoc est nigrū. Et similiter de istis. puer fuit senex. cecꝰ erit videns. mererix erit virgo. ⁊ sic de aliis.

Sed cōtra prædicta arguit̄ pmo sic. In hac ppōne. omne hō est aial. verbū est pītis tē/poris. ⁊ tm subiectū nō restringitur ad pītes. ergo pma regula nō est vera in qua dr q ⁊c. mio: pz q: nullo hoīe exīte illa esset falsa. ⁊ p pns nō esz necessaria. Secdo arguit̄ sic. verbū de pīti re stringit terminū ad pītia. ergo a simili verbū p/teriti drz restringere ad preterita solū: ⁊ verbū fu turi ad futura. Tertio arguit̄ sic. cuiuslz tpis vna ps precedit aliā cū tēpus sit diuisibile. ergo vna ps est preterita ⁊ alia futura. ⁊ p pns pns tēpus includit preteritū ⁊ futurū. ⁊ sic pōt facere terminū teneri pro pītib⁹ ⁊ preteritis. Quar to arguit̄ sic. verbū preteriti vel futuri tpis ap̄li/at terminū ad pītia ⁊ futura: ergo sequit̄: q nō restingit.

Ad rationes. Ad pmam dicitur q̄ vt patuit illa regula ⁊ etiā alie debēt intelligi in prædicatōibus in quibus verbū nō absoluit̄ a tē/pore. sic aūt nō in ppōnibus necessarijs. Ad secundā dr: q nō est sile. q: pns est aliquid pre/teriti scz finis. ⁊ aliquid futuri scz p̄ncipiuz. iō verba preterita restringūt ad presens ⁊ preteritū. ⁊ verba futuri ad presens ⁊ futurū. preteritū ve/ro ⁊ futurū nec sunt finis nec p̄ncipiū. iō nō est simile. Ad tertiā dr: q cuiuslz tpis diuisibilis vna ps est preterita anteq̄ alia fit: sed tēpus pns simpliciter dictū nō est diuisibile: sed capitur p̄ presenti indiuisibili. quare nō includit preteritū ⁊ futurū. Ad quartā negaf añs: q: verba pre/teriti ⁊ futuri bene restringūt: vt pius patuit.

Circa p̄dicta q̄rit̄ de hoc sophis/mate. Omne aial fuit in archa noe: Probatur: homo fuit in archa noe: equus fuit in archa noe et cetera. er/go omne aial fuit in archa noe. Con/tra. oīne aial fuit in archa noe. sed ce/sar fuit aial. ergo cesar fuit in archa noe quod est falsū: ergo aliqua pre/missarum est falsa. nō minor: ergo ma/ior. q̄ autez prima sit falsa. pz: p quā/dam regulam que dicit: q terminus cōmunis supponens vel apponens verbo de preterito simpliciter sum/pto restringitur ad supponendū pro his que sunt vel fuerūt sub forma ter/mini supponētis. Itē alia est regula q̄ si signū vniuersale aduenīat termi/no restricto distribuit ipsum pro om/nibus illis ad que restringebatur: er/go cū dicitur. omne aial fuit in archa noe. iste terminus aial supponit pro omni aiali quod fuit in archa noe: q̄ non fuerūt omnia in archa noe. ergo prima est falsa. Itē ad idez in hac propōne. omne animal quod tūc fu/it: fuit in archa. iste terminus animal restringit̄ magis q̄ in ista ozō. om/ne animal fuit in archa noe. cum in prima plura supponātur. sed iste ter/minus aial restringitur ad ea que fu/erunt tunc in illo tēpore propter im/plicationez ibi positā. ergo solum illa que fuerūt in illo p̄terito tēpore: fue/runt in archa noe et nō plura. opz q̄ hec sit falsa. omne aial fuit in archa noe. cū in ea plura aialia supponun/tur. Solutio. quidam dicunt: q hec omne aial fuit in archa noe ē duplex eo q̄ potest fieri distributio pro sin/gulis generum vel pro generibus sin/gulorum primo modo est falsa. secun/do modo est vera. quia quādo fit di/stributio pro singulis generū tūc est distributio pro singulis indiuiduis que sub eo dē genere et sub eadez spe/cie continētur. tūc opz q̄ oia indiui/dua contenta sub animali fuissent in

archa noe qđ falsū est. Sed cū fit distributio p generib⁹ singulor⁹: tūc solū est distributio p gn̄ibus vel p spēbus. sed nō fuit aliqua spēs aialis q̄ nō fuit i archa noe, ⁊ illo mō ẽ vera.

Ex huic solutiōi nō acquiesco: q̄ spēs aialis nō fuit p se in archa noe ex tm̄ indini duū: vn̄ illo tpe nō habuit veritatē nisi p singulis generȝ. id est p indiuiduis ⁊ nō p generib⁹ singulor. Vn̄ dico q̄ ppō ẽ falsa. ⁊ cōcedo oēs ratōes adductas ad hoc. ⁊ probatio peccat p̄m dn̄s ab insufficiēti inductiōe. q̄ nō accipit oēs ptes distributiōis q̄ sunt subiecto ist⁹ propōnis. oīe animal fuit in archa noe,

Circa hūc tertium notādū est primo q̄ ad declarationes predictaȝ auctor monet hoc sophisma. oīe animal fuit in archa noe. Et pbat sic. bos fuit in archa noe. leo fuit in archa noe. ⁊ sic de alijs speciebus animalium. ergo omne aīal fuit i archa noe. Improbat sic. bene sequit. omne animal fuit in archa noe. cesar est animal. ergo cesar fuit in archa noe. cōclusio est falsa: ergo altqua premissa: non mino⁹. ergo maio⁹ que ẽ sophisma Illud autem sophisma diuersi diuersi modo soluūt. nā quidā antiqui dixerūt esse distinguendum eo q̄ ibi potest fieri distributio p generibus singulorū. i. p̄o speciebus. ⁊ sic vt dicunt sophisma est verum. Vel potest fieri distributio p̄o singulis generū. i. p indiuiduis. ⁊ sic sophisma est falsum. Sed hāc solutionez repro bat auctor: quia species animalis nō fuerunt in archa noe. ergo ibi nō potest fieri distributio p speciebus animalis. ⁊ per ꝯis non potest habere veritatem nisi p singulis generum. añs patz quia speciebus nō competit esse in loco nisi ꝛgti one indiuiduorū. Sed aliqui huic solutioni volentes acquiescere dixerūt q̄ cū dicit in fieri distributio, p speciebus nō intendit q̄ predicatū attribuatur speciebus sic q̄ nōp⁹ aliquibus in diuiduis sed tunc dicit fieri distributio p̄o indiuiduis quādo predicatū attribuitur cuilibet in diuiduo cuiuslibet speciei. Et dicitur fieri distributio, p speciebus q̄n p̄dicatū attribuit vni indi uidno de vna spē ⁊ vni de alia: ⁊ sic d alijs. Sed hec cōfirmatio nō videt valere: q: nō est verū q̄ de qualibet specie aialis fuerit aliq̄d iduiduuȝ i archa noe. ⁊ dato q̄ fuisset tēpore diluuij nihil omnino illa, ppō fuisset falsa. vt videbitur in sequentibus.

